

illam arborem, brevem, rotundam, infelicem? Pendet inde libertas. Des jugulum tuum, guttur tuum, effugia servitutis sunt. Nimis mihi operosus exilus monstras, & multum animi ac roboris exigentes. Quæris, quomodo ad libertatem iter? quælibet in corpore tuo vena liberum ostium habet. Injussu Imperatoris libertas hæc sumitur: cuius injussu de præsidio ac protectione vite discedere non tam libertas est, quam gravi servitute ulgescere licentia. Hec tamen, sapienter, cordate Epictetus: Homines sustinete, Deum expectate, donec ille signum dederit, et solvet vos hoc ministerio: tunc ad eum redite: nunc autem in presenti tolerate æquò animo et incolite regionem, in qua nos collocavit. Noster Imperator, clavibus vite nec instructus, non necesse habuit alieno jussu pati, mori: ipse sibi lex, ipse sibi imperium. Posuit verò animam, non ut mala effugeret et libertatem quaereret: sed postquam effugit, libertatem consumavit. Agnovimus admiranda hæc libertatis Dominica in patiendo ac moriendo arcana Veteres, ipsi sumus sedulo meditati sunt aurea nobis eadem de re dicta relinquentes. Nolo a. impresentiarum multis hæc translatis Patrum dictis aureas vestras, Auditores onerare: quin potius reliquorum omnium loco tua saltem citabo: è quibus (nisi me omnia fallant) vel ipso meridiano Sole clarius Passionis ac Mortis Dominica libertas pateat. Theophylactum igitur, Virum sui nominis, hæc audiamus: At quid ille? Ille hæc ab ore pio fundit verba: Prædicit Discipulis Passionem propter duo illa: unum, ut ostendat, quod non invitus, neque ut servus homo mentem ignorans cruciatur, sed & provideat, et voluntarie patiatur. Nam si nolisset pati, debitasset utique, quæ præsciebat. Eorum enim, qui non præsci est capi. Aurea certè sunt verba, et ad majorem in præteritum habenda; quod clarius liberissimam Christi Passionem ac Mortem nobis probant. Cui serenas jam tribuam? Lactantium video Doctorem Lactantium: prædicit is è Cortina sua, & eleganter inquit: Venit Christus in manus impiæ nationis, quam et vitare potuisset scientiâ futuri, quam gerebat, & repellere eadem Virtute, quæ mirabilia faciebat. Sequitur Aurelius Augustinus, admirandorum mortis usque vixit veluti æphidæus, ipseque commode perit: Quis ita dormit, quando voluerit, sicut IESUS mortuus est, quando voluit? Quis ita cum voluerit, abit, quomodo IESUS, cum voluit, abiit? Quanta est timenda potestas judicantis, si tanta apparuit morientis? Spiritus Mediatoris, inquit rursus, carnem non deseruit invitus, sed quia voluit, quando voluit, quomodo voluit. O admirandam, o stupendam patiendo ac moriendo libertatem, quam mentis acumine penetrare nemo mortalium est potis! Sic itaque liberissimam Salvatoris nostri in patiendo ac moriendo voluntate perspecta, eademque et æquâ animi lance satis expensa, ad diversissimos transeo affectus: quos in Deo & nobis Passio ac Mortis Dominica mirandos nobis ac rimandos monstrat. Neque enim inter Admiranda Passionis ac Mortis Dominice præteritum illud habendum loco: quod affectus duo planè, planè contrarii inter se fuerint quasi collisi: quin potius non sine stupore animi contrarietas illa expendenda, meditanda. Pulsate verò hæc mecum leni pede illorum ostia, Auditores,